



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Davidis Regii Prophetae Psalterivm

Moritz <Hessen, Landgraf>

Smalcaldiae, 1593

VD16 B 3258

Psalmvs LXXIX. Deus, venerunt gentes in &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://urn.nbn.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

*Ignis edax iuuenes consumsit Marte potentes,
Flebilis ac vidua turturis instar erant.
Presbyteros cædens gladius consumsit acutus,
Nec viduis licuit flere, dolere, queri.
At Dominus somno quasi manè excitus ab alto,
Non secus ac Heros cum mera vina babit.
Perculit hostiles turmas in parte pudenda,
Atq; ignominia non abeunte notat.
At tua dum reprobat negligens tentoria, Ioseph,
Reicitatq; tuam Ioua, Ephraime, tribum.
Elegit fortem præstanti pectori Iudam,
Deliciasq; suas, tecta Sionis amat.
Extruxit loca sancta, Sion in montibus altis,
Quæ non sunt aliquo præteritura die.
Anteferens aliis Dauidem, quem sibi seruum
Ex stabulis ouium ad regia sceptra tulit.
De grege lactenti hunc selegit: ut agmina Iacob
Vtq; Israël is pasceret ipse gregem.
Quem sibi commissum studio rexitq; fidelis,
Pectoris & pauit pro integritate sui.*

PSALMVS LXXIX.

Deus, venerunt gentes in &c.

Ethni.

Ethnicagen terram Domini vastauit iniquè,
Templa prophanato dum polluit impia cultu,
Quæ fuit antè decus Judæa totius, urbem
Æquarunt terra Solymam, quin funditus alta
Mœnia, cœl lapidum cumulos, strauere Sionis.
Dilaceranda nigris sanctorum corpora coruis
Proiecere, tuos seruos immanibus, hostis
Ursis, atq; feris laniando tradidit omnes.
Vndiq; & urbs maduit, profuso sanguine sancto,
Nec sunt dignati tot funera casæ sepulcro.
Et probrosa sumus vicinis fabula facti.
Risit inhumanus, nos spreuit & accola pressos.
Ast furor iste tuq; cur tanto tempore sanit?
Fraq; cur spacio tanto incandescit, & ardet?
Verte tuos motus: pœnas infero malignis,
Qui tua non norunt, nec vero numina cultu
Afficiunt, nomenq; tuum qui non venerantur.
Quin effunde tuum in gentes & regna furorem?
Quite non coluere, tuum neq; numen adorant,
Quantumuis simulent pietatem pectore falso,
Progeniem rabido lacerarunt dente Iacobi.
Ædes vastarunt sacras Isacidarum:
Nostrorum scelerum noli memor esse priorum,

Sed

Sed miserere, Deus, nostri, citò propitiusq;
Da veniam, auxilium fer, cunctis eripe noxis:
Libera & à maculis nos puros reddito nostris.
Ne spectes, quid nos peccatis commereamur:
Sed spectes, poscas quid gloria nominis alti.
Cur finis, ut gentes dicant: ubi nunc Deus ille,
Qui iunet oppressos, & dextra protegat alma?
Fac mala gens, nobis spectantibus, experiatur,
Quod sis latronum vindex ultorq; seuerus.
Captiui populi gemitus, Deus, excipe clemens,
Serua, quos voluit turba impi tradere letho.
Septuplici meritos vicinos affice poena:
Pro sannis plagas, pro risu vulnera redde.
Grex tuus egregium pastorem laude decora
Te afficiet: tua nam laus est, tua gloria sola.
Laudibus aternis nomen celebrabimus eius,
Qui, cœn pastor oues, nos seruat fidus ab hoste.

PSALMVS LXXX.

Qui regis Israël, intende &c.

O Fide custos, Pastor o Abramidum,
Oues Joseph qui diligis,

X

Pascis